


50 Ottonis Tachenij

ed quod cornuum instar, cultro
scissilis est. Hæc cornea luna,
licet centies aquâ calidâ abluere-
tur, & liquareturque celeri fluxu
ex tartaro & nitro; separare ta-
men ab inuicem possibile non
esset, nisi in saturni balneo: in
quo quicquid argenti superest,
redit in purum: salia autem cum
plumbo, in scoriam & litargy-
rium; quod etiam rursus simpli-
ci fusione in plumbum reducitur:
scoria vero quæ salia erant, in
Elementa rapiuntur, simul cum
argenti sulphure, quod absorpe-
rant.



Vacua esse Alcalium corpora
exemplis ostendit.

Vacuum
in natura
demonstra-
tur per ar-
tem.

C A P V T X.

SAl tartari itaque est medium,
in quo reuiuscunt non so-
lum metalla, sed etiam minera-
lia, licet per artem & ignem

Hippocrates Chymicus. si
validum videantur planè destru-
cta.

Guttatim affunde sali tartari
resoluto, spiritum vitrioli, do-
nec cessat strepitus, liquorem
reduc in cristallos, vel totum exsic-
ca, & reperies sal vitrioli natu-
ram habens; vomitus mouet, &
quando superbibitur, per seces-
sus purgat, ut alburni vitriolum
solet: si commiscetur cum nitro
& argento viuo, sublimatur in
rubrum; cui si addas sal commu-
ne, fit sublimatum corrosuum:
distillatur per se ut vitriolum.
Albicans mucilago in fundo sub-
sidens, est eadem fæx, quæ in
soluto crudo vitriolo, affusione
salis tartari decidit nigra. Con-
stans in igne, sicut colcotar vel
caput mortuum vitrioli, & fu-
sioni resistit: quod tamen sine
spiritu vitrioli affusione, facilli-
mè fluebat. Istud sal fixum &
vitriolum regeneratum, à tyro-
cynij scriptoribus, Tartarus vi-
triolatus, & universale digesti-
num appellatur.

*Vitrioli
regeneratio.*

Multò præstantior & perfectior
fit ex vitriolo crudo in aqua solu-
to, & liquore tartari affuso, do-
nec non amplius turbatur, quod
punctum saturationis cum tædio
reperitur vnicâ nimirum guttu-
lā superantis, vertit misturam
aut in vitriolum, aut in alcali:

a Lib. 1. de
acido.

de quo meus Hippocrates a:
*Nunquam simul in eodem con-
sistunt. Clarum liquorem coagu-
la in cristallos splendentes: hic
nobilior est priori, eò quod distil-
lando vitriolum, violentus ignis
capri liquamen eleuat, spiritui-
que commiscetur, ac stomacho
moleustum est. In hac autem sim-
plici via, alcali absunt saltem
simplicissimum illud acidum na-
turale, quod embrionatum metal-
lum perfluendo eredit. Hoc est
illud acidum simplex, naturæ
nostræ amicum, in acidis fonti-
bus refocillans naturam bibentis,
ventriculo gratissimum, licet in
magna copia haustum; de hoc
breuissimè differere decreui. Pa-
racellus tamen narrat b quod in*

b de morbis
tartareis.

Hippocrates Chymicus. 53

pagulo Veltin Heluetiæ, sit fons,
similem totius mundi ambitum
non continere.

Sic etiam spiritus nitri, rein-
duit corpus in sale tartari, sic ^{Nitri rem-}
que naturale nitrum frigidum,
flammarum concipiens & anginæ
remedium, quæ alias separata,
caustica erant, ut in auro osten-
di fulminante.

Eidem sali tartari si addideris
spiritum salis, tunc post coagu-
lationem fit sal commune, quod
extitit priusquam per validum
ignem in spiritum fuit conuer-
sum; adeoque cum acidus salis
spiritus soluendo redit in sal, mi-
rari desine, quod inter omnes
acidos spiritus, nullus aliis au-
rum dissoluit, nisi salis: eò quod
rodendo, reinduit salis naturam;
sicut aqua, vulgo Regia dicta,
quæ sine sale aurum non tangit.

Idem sal tartari, si combiberit
acetum ex vino distillatum, fit
tartarus vini vulgaris, omnes e-
ius proprietates habens excepto
quod in humido facilius liquefcit.

E iiij.

*Salis com-
munis regen-
neratio,*

*Quare in-
ter acidos,
solus salis
spiritus sol-
vit aurum?*

*Tartarus
regenera-
tus vocatur
inepte à
quitusdem*

§4 Ottonis Tachenij

Terra fo-
liata Philo-
sophorum.

Acetum
distillatum
fit oleum
pingue
flammam
concipiens.

Quid in-
cundius
quam ea
noscere &
sub amico
silentio ocu-
lis cernere,
manuque
eratitare,
qua sensus
communis
planè non
comprehen-
dit. & à
natura
procùl pos-
ita sunt!

Hunc tartarum regeneratum, per solutionem mundifica ab omni impuritate, posteà per retortam vitream in arena positam valido igne distilla, & elicies oleum & liquorem amarum, sicut ille qui ex tartaro crudo: refert tamen oleum, vini bonitatem, ex quo acetum factum fuit. Incredibile dictu, quod acetum distillatum, in sinu suo pinguedinem absconditam habeat, & tamen verum est sal tartari hanc non habuisse, est enim fixum & in igne probatum. Romæ ex libra vna huius regenerati tartari, olei drachmas sex elicui, citrini coloris, gratique odoris; sed Venetijs, libra vix drachmam dedit, & nitri coloris grauèque olentis. Incredibile, inquam, quod in aceto eluceat non solum vini, sed etiam regionis qualitates; ex dictis nunc liquet, quòd acida ducunt alcalia ad suum velle, eis que prædominantur ad lubitum.

Sic olea vel distillata vel ex pressa, reducit in elementa pri-

ma; mixta ergo iusta proportio-
ne, id est ad satietatem cum sa-
le tartari, & digesto, posteà ex
retorta vitrea in arenam posita,
redit medietas olei, altera me-
dietas est aqua; hoc oleum rur-
sùs commisce nouo sali tartari, ^{Oleum}
fit aqua.
vt suprà, repete distillationem,
sic totum oleum conuersum vide-
bis in aquam relictâ pauculâ terrâ
cum tartaro, quod pondere cog-
nosces auctū. Oleum igitur, quod
alias totum erat inflamabile, hîc ^{Oleum}
fit aqua ar-
dens.
conuersum videbis in aquam o-
doriferam; quam rursùs ex phio-
la distilla, & elicies aquam ar-
dentem; quæ denuò cum sale ^{Aqua}
tartari in alcali, & posteà in cle-
mentalem aquam reuertitur, si-
milisque isti, quæ in phiola re-
mansit

Remenantis salis tartari in re-
torta, erant libræ duæ; quod
ferreæ tabulæ imposui, vt
in pellucidum liquorem de-
flueret. Ex retorta, in arena po-
sita, distillaui omne humidum,
& vase rupto sal in fundo, ite-

56 *Ottonis Tachenij*

rum in aëre dissolvi, supra lami-
na ferrea (quæ quicquam non
patitur) quod fit circiter 40.
horis, & nihil restat in tabula,
præterquam tantillum limosæ
fecis; liquorem iteratō distillauī,
auctō igne ut priūs, donec nihil
amplius neque stillans neque fu-
mans exibat, & rursūs idem
sal, fractā retortā, ferrea lamina
resolvi, hasque operationes duo-
decies reiterauī, & omne sal tar-
tari conuersum fuit in aquæ ele-
mentum. Fæces, laminâ relicta,
singulis vicibus collegi, & aquâ
distillatâ omnem sal sedinem ex-
traxi, quibuscum eundem pro-
cessum, ut suprà, habui, adeò
ut omne sal tartari, sicut acetum,
oleum & aqua ardens, in aquam
insipidam, & terram mortuam,
nullius saporis aut odoris sit con-
uersum, quæ terra & aqua paulò
ante causticum referebant. Mi-
rum dictu! quorsum abiit ignea-
vel vitalis vis & potestas, tam
olei, aceti, aquæ ardentis, quam
salis tartari a. Hæc tamen virtus

*Sal tar-
tari verti-
tur in Ele-
menta sim-
plicia.*

*a Memen-
to quod*

Hippocrates Chymicus. 57

vel forma constans in igne persis-
tebat, usque ad reductionem in
elementa: hanc ego nunc REC-
TOREM nomino pro maiori
intelligentia, de quo suo loco
clarius disputabimus; voca ut
lubet ignem, formam, Archæ-
um, haec mihi perinde probantur:
omnia similia sunt, dissimilia ex-
istentia: concludo cum Hipp.

*a libro i.
de diaeta.*

a Si alcalium fixorum notitiam
habuisset Reformator, podagri-
cis oleum saponis Veneti non
promisisset *b*: nam quicquid olei
a sapone stillat, est laterino si-
mile, & nihil de alcali continet.
Sic etiam qui saponis corpus dis-
solvunt, aiuntque podagrificis
conferre, in maximo sunt erro-
re; fructum enim quem per-
cipere sperant, docet sapor, qui
planè falsus deprehenditur; Mer-
curium enim ex supra dictâ so-
lutione non præcipitat.

*b in appen-
dice ad a-
nimaduers.
fol. 84.*

Alcali tartari itaque videtur
quodammodo typum repræsen-
tare Philosophorum Chaos, in
quo aiunt, reuiviscere eorum

58 Ottonis Tachenij

a Libro de
natura re-
rum.

Sapit qui
hoc intelli-
git.

b De qui-
bus Rogeriu-
s Bacho, Ri-
pleus, Isaac
Hollandius,
cum iudi-
cio, tamen
legendi sunt.

Exemplum
Aeteronis
absterret:

Mercurium: de quo a Paracel-
sus: Regeneratio, inquit, & re-
nouatio metallorum fit ita: quem-
admodum homo redit in ter-
ram, ex qua primò fuit desump-
tus, & ita rursus in die nouissimo
regenerabitur; sic & metalla ite-
rum possunt in Mercurium (ex
quo primo nata sunt) abire, &
cum illo solui, & Mercurius
fieri, & iterum per ignem (qui
etiam iudicabit mundum) rena-
sci & clarificari. Hac viâ, inquit,
generantur lapides, & tintura
speciales b argenti vel auri, Ha-
ctenus Paracelsus. Interea ego
nemini autor ero ut sibi persua-
deat, sal tartari, quoque
modo præparatus sit, Chaos
Catholicon Philosophorum esse,
licet metalla in illo, in Mercu-
rium currentem redeant; id pau-
cis admonuisse sat est.

Nunc Harpocrates de tartari
sale fixo me silere iubet, ne in
doctorum virorum curiosas in-
vestigationes sim iniurius, qui
multum laboris sumpserunt ad

huius plenariam cognitionem ,
quod profecto medium est viui-
ficiatum multarum rerum. Id
notarunt Basilius, Paracelsus &
alij, qui illud vestibus spolarunt,
& pro soluente elegerunt ; quan-
doquidem obiecta sua illuminat
& viuifcat ; eodem ferè modo ,
ut alcali herbarum fixum , ex-
trahit è calcinato silice aliud &
simile alcali, quod quidem nullo
alio sapore elicere sit possibile ,
quam suo simili ; illud multò
potentius efficit , & verè in
igneam naturam conuertit : sic
à notis ad ignota fieri debet pro-
gressus , ut Aristoteles rectè do-
cuit.

Hoc est quod vociferatur Io.
Bapt. Van-Helmont , a disce ,
inquit, dissoluens aliquod , quod ^{a De febri-}
^{bus cap. 15.}
^{b. 25.} sit semper idem . & nactus eris
intimas rerum essentias : quod
probati exemplo dum quaerit ,
^{b tract. de}
^{verbis her-}
^{bis & lapi-}
^{dibus.}
labi ossifragus fixus , non calci-
nabilis , curat os fractum , assump-
tum per os , & quare non lithias in
& podagrum ? Respondeo viro

incomparabili, quod Reformatoris ridiculus A L C A H E S T,
& secretum soluens, nil aliud est,
quam ACETVM DISTILLATVM a ex ærugine, & licet
rodat osteocollam lapidem, ro-
dendo acquirit lapis proprietates
aceti, vnde non pergit ad vrinæ
loca sed in stomacho illico præci-
pitatur, ut paulo post ad ocu-
lum demonstrabitur.

Sal tartari itaque hactenus vi-
libus vestibus suam scenam lusit;
cum verò Phiosophi manu spo-
liatur, ut compareat in forma
nuda, lucida & resplendenti;
tunc res, quæ illi committuntur,
reducit in eandem & similem sui
materiam, (memor oculos can-
crorum sic solutos, in longa quo-
tidiana febri, mulieri, quæ ab-
horrebat pocula medica, me por-
posuisse; timidus me interpella-
bat medicus canonicus præsens,
esse minerale, & periculo ple-
num) & quoniam informis, ut
omne alcali, accipit formam
eius quocum vnitur (est nimirum
sal

a Appendix
ad animad
versiones
fol. 72.

multa nef-
cientes,
multa i-
mere, ne-
cessere est.

Sal tartari medium quoddam inter minerale & vegetabile, ob id facile amborum naturam amplectitur) & sic pergit &c. Hæc de differentia alcalium fixorum indigitasse sufficiunt.



*Nunc de Alcali Animalium
volatili.*

C A P V T X L

Quemadmodum alcalia fixa, acida omnia absorbent, & iuxta acidi naturam in salsum mutant, ut suprà ostendi; sic etiam alcalia volatilia omnium animalium, ex quorumcunque partibus elicita, etiam in salsum vertuntur, acidi proprietatem imitantia. Et quemadmodum vrina continet alcali volatile, per fermentum α putredinis; sic a quid sit sudor, sanguis, cato, ossa, & fermentum paulò post carnes omnium animalium diverso fermento, quodlibet iuxta